

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

## DIOGENIS LAERTII DE VITIS PHILOSOPHORVM LIBER

SEP TIMVS

## ZENO CITTICVS.

**Z**ENO Mnasei siue Demei filius citticus ex cypro graeca ciuitate phoenicibus frequenter accolis: collo fuit in alteram partem inclinatio: ut refert Timotheus atheniensis in libro de vitis Apollonius autem tyrius gracili corpore statum pueri & atram cutem fuisse illum auctor est. Unde illum quidam ut Chrylippus in quinto pueriorum ait: aegyptium palmitem dixit. Crura habuit turgida & ibecilla & infirma. Iccirco & perseus in commentariis conuiuialibus ipsum refert complures coenas declinasse. Vescabatur plibenter ficibus recentibus atque ad solem passis: Auditorque ut dictum est Crates fuit. Deinde Stilponem et audisse & Xenocratem decennio perpetuo non desunt qui affirmant: sicuti Timotheus in dione: polemonis item frequentasse auditorium. porro Hecaton & Apollonius tyrius in primo de Zenone libro scribit: cum oraculum consulisset quo pacto uiuere optime posset: respondisse deum: si mortuis colore concors esset. Quod ille cum intellexisset: se ad legendos antiquorum libros magno contulisse studio. Denique Crates hoc modo familiaritate usus est. purpuram ex phoenice mercatus aduectans ad piraeum naufragium fecit. Ea iactura subtristior factus: athenas ascendit annos triginta natus: seditque penes librorum uenditorem. In gente autem illo secundum Xenophontis commentario delectatus ille & iam latior sciscitari perguit: ubinam eiusmodi uiri morarentur. Opportune tunc praetereunte Crate: digito illum bibliopola ostendens hunc inquit sequere. Ex eo iam crates auditor erat. Alias quidem aptissimus ad philosophiam: uerum uerecundior quam ut se ad impudenciam cynicam conferre posset. Id ubi animaduertit Crates: curare etiam in hoc illum studens ollam lenticula refertam dedit: ut per ceramicum ferret. Cum autem uideret pudescere illum atque uerecundari: baculo ictam perfregit ollam. Illo fugiente & lenticula per crura defluente: quid inquit fugis puniceolum: nihil mali passus es. Aliquandiu igitur audiuit Cratem: quo tempore cum scripsisset de re publica quidam iocantes aiebant in cauda canis illum scripsisse. praeterea scripsit & ista. De uita secundum naturam. de appetitu: siue de hominis natura. de perturbationibus: uel de uitis. de officio. de lege. de graeca peritia. de aspectu. de toto. de signis siue de notis. pythagorica uniuersalia. de dictionibus. problematum homericorum. v. de poetica auditione. Est ipsius item & ars & solutiones & argumenta. ii. commentaria Crates moralia. Atque isti quidem libri eius sunt. postremo discessit: & quos praediximus audiuit ad uiginti annos: ubi & illum dixisse ferunt. Tunc secundis uentis nauigauit quando naufragium fecit. Alii sub Crate hoc dixisse aiunt: Quam bene fortuna fecit: quae nos philosophiae